












colorchecker CLASSIC



x-rite

mm

0 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20
(cm)



S E R


47

IVE




C. 18038







XV^e s. n° 100.

103








2648.

Bellum sacerdote



ex benedicto



BELLVM SCODRENSE:



EORGIVS Merula Alex.Iacobo
 Merule: & Frācisco Gambarino.s.
 Existimo uos in magna expecta-
 tione eorum esse: quæ grauissimus
 & potētissimus christiani nomi-
 nis hostis moliatur: presertim quum hac æsta-
 te ea sit aggressus quoꝝ si compos factus fo-
 ret: maximum illud facinus ad quod iam mul-
 tos annos inhiat facile efficere potuisset. Et in
 primis Italiam ipsam uexare: ac demam iis cla-
 dibus afficere: quibus maiores nostri plura sæ-
 cula afflicti: in remotis mōtibus & abditis spe-
 luncis: feraꝝ more uictitarunt. Nam posteaꝝ
 repulso persaꝝ rege: cuius non paruam exer-
 citus partem fudit loci opportunitate: & belli
 cis tormentis adiutus quoꝝ iectu & fragore: cū
 uulnerati tum consternati persaꝝ equi pugnā
 detrectantes terga hostibus dedere. De inua-
 denda Macedonia quæ ad mare adriaticum re-
 cedit: & a iunioribus albania dicitur animum
 adiecit: propterea quod si ea terra potitus fo-
 r&: protinus omni dalmatiæ: atq; liburniæ

69 TTS. p. 2249.



ora subiecta locorum nra: & hominum industria
fretus pio ipedio quilibet magnam classem
aedificasset: obarmass&q;. Quia supero mari in
cubas: & q; breuissimus transitus sit. Apulu atq;
calabru littus populatus iam aditum in italiam
faceret. Ergo expectato tempore quo numerosum
exercitum in hostili terra alere possit. Quum epi-
damnes ageret: & omnis ille maritimus tractus
iam maturescientia frumenta haberet: praefectum
quem lingua sua Bassan nouae Romae appellant:
in myslam uelut in medium quendam locum
ad congregandum exercitum misit: coactisq; aplius
centum militum milibus: quem dubium esset pano-
niam ne petiturus: an in asia traiecturus for- re
uerti in thraciam: atq; andrianopolim uersus
simulauit: bidiuq; uia progressus rursusq; re-
uertens: atq; hoc itinere una pene nocte cōfe-
cto sexaginta milibus equum praemissis inscios
iopinatesq; macedones idibus maiis oppressit
prehēsisq; speculatōibus prius scodrā quodā
ciuiū romanorum oppidū obsedit q; fama: ac nūci-
us effertur. Est. n. Scodra oppidū sub ipsos
dalmatiæ & macedoniæ fines nra loci: & manu
egregie multū oībus fere ptibus in circuitu altas

rupes despectusq; i subiectā planitiē habēs: u
 na tātū ex pte molli cliuo aditur: haud lōge a
 radice mōtis fauces sūt boliāe: p quē fluuiū la
 cus qdā recens i mare se exonerat: maior aliqto
 iamnis tanero n̄o. Nec miremini q; lacū recetē
 dixerī Nā nec ap̄d grecos Strabonē: atq; Ptole
 māum: nec apud nostros Melam: atq; Pliniū
 de hoc lacu qcq legitur: tātū i eius regionis de
 scriptione Drinonis mētionem faciunt. Quo
 flumine lyssū quod n̄c alessiū noiānt alluitur:
 & a dalmatia macedonia separatur. Vnde cōi
 timus celeberiōs geographos d̄ eo nō tacuisse:
 si tūc extitiss&. Ver̄ ut i mari insulæ: & scopuli
 in terra fontes & flumina enascūrur; atq; quo
 tidie emergunt. Sic post horum scriptorum
 tempora lacum hunc erupisse existimamus. Cu
 ius circuitus centum milia passuum pat& nō
 minot lario: aut benaco: qui duo lacus i nostra
 gallia noiātissimi hñtūr. Vrbem ipsam incolæ
 suo: & prisco uocabulo Scodrā. Itali nunc Scu
 tar̄ uoce noua: & barbara appellāt. Cui præerat
 Antonius Lauretanus: non auo Petro puden
 dus nepos: aut patre Iacobo indignus filius:
 penes quem seruati loci: uel potius christianæ



rei defensæ laus & gloria extat: gentis suæ de-
cuss singulare. Cuius hoc peculiare fato quodā
fuit: ut de huiusmodi hoste uictoriā reportaret.
Hic quū intellectiss& in finibus mysiæ copias
ingētes parari: sibi: & urbi timēs ppter eaq; opti-
me nouiss& Scodram magni momenti turco-
rum rebus esse: quicqd frumēti inueniri po-
tuit in urbē cōportari iussit. Et pridie q̄ barba-
rus supuenir& iuuētutē rusticā: quæ ad mōtē
cōfugerat: delectu facto retinuit. Aquāq; e flu-
vio p iumēta subuehi ī urbē fecit: quo diutur-
nior obsidio facilius tolerari poss&. Quū leuis
armatura: & cursores urbē obſiderēt: copiaq; in
dies crescerēt: spe prædæ multis undiq; cōfluēti-
bus: necnon uoluntario milite fortunā belli se-
q̄nte pridie nō iunias cū ſliquo exercitu pra-
fectus ipfe ſubsecutus ē. Vir (ſiqdē ſpado: & oī
regiaꝝ pelicū custos uir dici deb&): corpore ut
aiūt nō deformi: neq; īualido: & ad obeūda mi-
litiaꝝ mūera magis ſtreuus: q̄ solers. Qui p opa
egregie ī bello nauata: ab Otomano ī hāc digni-
tate euectus fuit. Secū duxit uiros scientia mi-
litari: corpor& robore & aīoꝝ uirtute præstan-
tes. Hos ſecuti ſunt preter cætera impedita



cameli mille ære onusti ad conflâda tormeta:
 qbus urbiū moenia quati ac dirui solent. Ingē
 tium copiaꝝ aduentu: omnis maritima ora
 trepidauit. Veritiq; accolæ illyrici: ac macedō
 nici littoris: ne barbaroꝝ præda fieret. Alii ī ar
 duos montes aufugerūt: alii relictis oppidis ī
 uicinas iſulas cū liberis uxoribus: bonisq; suis
 omnibus demigrarūt. Alii ī ostiis fluuiorꝝ sta
 bār nauigia expectātes: qbus quo sors tuliss&:
 deportaretur. Hæc ubi senatui nūciata sūt illi
 co nobilissimi: & magnāimi p̄res: nouis scriptis
 militibus pecuniisq; liberalissime p̄fusis: qcqd
 ad arcendos hostes: suoꝝq; subsidio necessariū
 uisū ē celerrime & diligentissime expediuerūt:
 missa imprimis pecunia cū donis: regulis qui
 busdā: quoꝝ imperio magna pars lacus patet:
 ut irruētibus barbaris locis angustis: atq; iniq; se
 opponeret. Cæterꝝ Triadanus Grittus (cui sū
 ma rei maritimæ demādata erat) octogenarius
 sane: sed cui ad hoc munus obœudū: preter ho
 minū opinionē: & naturæ legem corporis uires
 & ingenium adhuc uigēs supererat. Quū illis
 forte diebus ægeū pelagus enauigat&: insulas:
 quæ ī eo sūt iuifens. Iāq; chiū petiuiss& audita



obsidione urbis i qua reg sūma cōstasēt ppef
mutata uellificatione in adriaticum sinum re
nauigauit. Collectisq; nauigiis hostium bolia
næ itrauit: i ussitq; aduerso flumine uento pari
ter: & remigū uiribus triremes: atq; biremes sur
sū agi. Sed quū ad locū quedā uentū est: & ubi
ad cohibēdū aquæ fluxum: i petūq; frangendū
obices saxorū: & piscatorū excipulae positæ sūt
ad capturā piscium fabricatae: nec possent ulte
rius naues subigi satis tutū: & cōmodum uisū
est iuxta uetuslū diui Sergii templum: quod
quinq; ferme milibus passuū ab oppido abest
per noctare ut aduentatē die scaphis: & leuiori
bus nauiculis: quas alueus ferre posset: tenta
rēt: si qua obseissis ferēdæ opis uia for&. Quod
consiliū ubi per transflugas remiges hostis re
sciuit: edoctus item classem omnem intercipi
posse: si in angusto fluuii meatu arbores obiice
rentur triremes retenturæ Statim relictis om
nibus ligna recidi magnamq; exercitus par
tem amnem tranpare edixit: ut uario missilium
genere diffuso in utraq; ripa milites nostri con
foderentur. Dum hæc parantur: & diligentius
uiae omnes custodiuntur: ne aut per explo-



ratores aut trāffugas dolus ueneto aperiretur.
 Græcus quidam iuuenis grauē sub ipiis dñis
 seruitutē p̄cessus sed tūc inter primos: & fami
 liares præfecti ministros ascitus respiciens for
 te ad eam religionem: in qua puer educatus:
 istitutus q̄ fuerat: equo hastaq; præfecti ærecta
 quū ab eo nihil barbari aut timeret: aut luspica
 retur ad naues quæ in statione erant celeri cur
 cursu accessit: classisq; præfecto accersito in tri
 remem receptus hostium dolos aperuit. Et q̄
 magnū: quāq; uicinū esset periculū dclarauit:
 his cognitis subito edictū fuit tumā: naualesq;
 socios instrui armariq;. Sed dū oras soluūt: an
 choras tollūt: atq; in obuertēdis proris multa
 moliūt: & ita triremes disponūt: ut distātes ī
 ter se spacio nauigarēt: quo expeditius secūdo
 amnē deflueret. Ecce sub solis ortum fremitus
 equorū undiq; icrebescer̄ armorū crēpitū exau
 diri: micātia tela cōspici: horrēdæ barbarorū uo
 ces tolli: ut tumultu ex omni parte sublato
 nři ad hæc issueti extererentur. Mox uero sagit
 tis: & saxis cū manibustū tormento iactis nauī
 gantes incessere: tātaq; sagittarū uis ingruebat:
 ut uelut cum grandine nubes triremes quateř



& obruere uideretur. Et qui longius aberant:
nec tela coniicere poterat: clamore diro suos ac
cēdebāt. Veneti cū se undiq; agi: & perturbari
uiderent: nūc crebro scorpionū iictu hostē feriē
tes: nūc sclopis: & iis tormētis: quæ posterior æ
tas excogitauit: & bōbardas: atq; spīgargas dicti
rat excussis lapidibus pro ripis stātes: & ferme
milia passuū decē īseq̄tes passī sternebāt. Festi
nabat qdē uterq; ad gēinos colles ī fluuiū desi
nētes ubi agustioribus ripis coercitus ānis æ
gre triremi uni iter præstat. Barbarus qto ma
ximo poterat nixu cōtēdebat: ut prior locū ca
per&: propter ea quod uidebat trabibus: & cate
nis occludi trāsitū nīis posse. Venetus cōtra: ul
timo rēigū cōatu biremes: & triremes ī pellebat:
ut supatis agustiis (ī qbus spē hostis posuerat)
rātos cōatus frustaretur: & irritos facer&. Cæter^z
siue fato quodā sic iubēte: siue utriusq; uirtute
uenetus: & barbarus eadem fere hora ad sca
lam: sic enim prominentium collium angu
stias uocāt deuenere. Vbi certatum est arroci
ter. Sed nostri ne nauicula quidē: aut īterclusa:
aut capta piculum euasere: quā rem ægre ferēs
barbarus: & eo maxime quod cladem non me



diocrē dum fugiētes īlectatur accepisset. Saxis:
& iis telis: quae in præsēs furor: & locus mini-
strabat tr̄remē ultimā acrius premere cœpit.
Tū eq̄tū turma ī fluuū īsiliit ptinacius nau-
gantes oppugnās: remosq; apprehēsos nisi reci-
sis manibus aut ualidiore iectu propulsi nō re-
linquebant. Tandem nullo captiuo classis in
columis in tutum acta est: sagittis tñ quingēti
cōfossi fuere: desiderati duo de uiginti: sed tur-
corū ingēs facta est cādes: quae tunc p̄cipue
cognita fuit. Quum iam summotis barbaris
postridie ad diui Sergii & dē nostri r̄mearenti:
ut se obseissis ostenderet: simulq; hostis eludi se
potiusq; timeri ītelliger&. Tum ī ripis iacentia:
tum ī aquis fluitātia hoium & equorū cadaue-
ra frequētissima īuenere: quicq; tetro odore cō-
flictati in bolianæ exitū recesserūt. At hostis utra-
q; ripa potitus flumē pōte iūxit & cis flumē sta-
tiua posuit decē miliū equitū p̄sidio relicto: tū
crebris īcursiōnibus fertilitatis p̄cipuæ agḡ
direptis uicis: aedificiis īcēsis: succisiq; frumen-
tis euastauit. Interī uenetiis dolata: & lauiga-
ta ligna Ascuriuū nauibus transportata fuere.
Vrbs ē Ascuriuū: quam nūc cataiū appellant.



ut idē p arduos: & iuiōs mōtes hoīum: & iūmē
tōg: tergis sublata ī lacum deducerentur: ubi
fluvia tiles naues magis ad pugnā: q ad uehen
da onera idoneas fabri compingerent. Missi
quc q sūt maritimi milites amplius mille: qui
actuariis nauibus lītribusq: monoxylis per la
cum discursantes. Hostem qui secundū fluuii
fauces castra habebat laceſſere: & perturbare cæ
perūt īcassum multa moliti: ut oppidanis sub
ſidio eſſet: tū q barbarus ī statioē milites noctu
interdiuq: habebat ī angusto quodam ſpatio:
quod iter flumen & montē itercedit quīgētōg
uix paſſuū abs quo nec a monte: nec a claſſe ia
ctis telis depelli poterāt: tū q regulus quidam
accepta pecunia ſua tuēda eſſe cauſatus auxilia
subduxit. Cuius ſuſpecta fide milites nři qui ī
cymbis ſtabāt ſecundū lacū caſtra tumultuaria
habētes cogredi cū hoste ueriti ſatis habuerūt
leuiore pugna hostiū eq̄tes ita iſfestare: ne ſine
periculo aquarentur: qui dum montanos ui
cos latronū more īcursantes diripiunt: & agre
ſtes qui ſe in densiſſimas ſiluas abdiderant p
ſequūtūr: trecēti quum aquatū forte ad fontē
deſcendiffent: aqua prohibiti mox ab incolis:

& italis militibus circuūeti fere oēs trūcidati fu
 ere. Seruatus ē tñ lacus icolumis cum nōnullis
 scopolis: atq; isulis: i qbus græcor; sacerdotum
 cænobia pulcherrima extructa sūt: quæ oīa gēs
 ipia pphanaſſ&. Interea tormēta magnitudie
 qdā iaudita cōflata fuerūt: grauibusq; pōderi
 bus q̄uis i edito mōte essēt moenia cōcussa: at
 q; eversa magna ex parte sūt. Oppidani āt quū
 multa ad se tuēdos: munitionesq; extiuentas
 haberēt: quæ urbi muro nudatae p defēsiōe sū
 ma essent: cōnexis trabibus: īteriectaq; terra cū
 simo molē maximā cōgesserēt: quæ illis p firmis
 simo ualo staret: & qua tecti oppugnatores p
 pellere possēt. Verū quū iā mille & nōgētis bō
 bardag; i cibis muri discussi: q̄ssatæq; domus
 essēt ratus barbarus moeniū ruina expugnati
 onē facilē fore: per exercitū īpauit: ut ferramēta:
 ligna & reliqua materia ad crates texēdas fabri
 cādosq; pluteos pararetur: simulq; ad pugnā se
 oēs accigerēt: ut p uī urbe capta aliquā p tanto
 labore fructū uictoriae accipēt. Ergo prius ma
 gno plausu: tīpanor; crepitū: aeris sonitu: & cre
 bris ignibus nouā lunā p ritu gētis cōprecati
 one facta humi p cūbētes salutarūt. Solet enim



Otōmanus pugnā illā quā uni uēsalē uōcāt nō
nō nouilunio : & luna religiose salutata cōmit
tere. Tum ad xv. calendas augusti quū præmia
iūs pposuisset q̄ primi munitiones ascēdissent
oppugnationē instruxit: ordinavitq; Bassa si-
gno ex gemino bōbardaꝝ crepitū facto . Quo
audito ex tētoris oppugnatores euolarūt. Tū
maxīo clamore: pluteos crates & uncos feren-
tes p̄ iūiā rupē quæsito aditu montē alacriter
ascēderūt. Lauretan us uero ut ē animi magni-
tudine : & scīa militari præstās copias suas : ut
ab initio obsidionis instituerat p̄ stationes ita
disposuit ut oppidan i : & italū præsidiū mixta
agresti iuuētute p̄ munitionibus starēt : sed si-
lētio occulti se cōtinerēt: ut taciti hostē moenia
subire permitterēt. Trecētos tamē delegit: q̄ in
foro cū armis esset occursuri quo uis clamor
q̄ uocasset. Circūducta itaq; magna sagittario
rū multitudine q̄ e uallo defēsores sūmouerēt
maxīo tumultu oppugnatores moenibus ap̄ p̄
pīquarūt: scalisq; applicitis oppugnare cæpe-
rūt: corona acerrime instātes: ut undiq; oppres-
sa urbe: qua parte potissimū resisti possēt: aut
ubi ferēdū auxiliū esset ignoraretur . In hoc. n.

magnam spem expugnationis ponebat barba
 rus. Iamq; uis omnium generum telorum ad
 urbem uolabat: quū subito ex toto oppido ar
 mati circumfusi sunt: omniq; machinamento
 bellico ascendentes barbaros perturbant. Alii e
 superiore loco grandibus saxis: & praeacutis tra
 bibus coniectis quencunq; nacti fuerant e mō
 te præcipitāt: undiq; instabant summa ui turci
 semperq; defessis recentes succedebant. Aderat
 dux ipse hortator suorum imperans quæ in rē
 erant: uirtutis cuiusq; spectator: ignauiae uero
 obiurgator. Tum siquem cedentem uidisset
 intentato gladio in pugnam urgebat præsen
 tem mortem minitans. Quare & si ægre de
 missa tela sustinerent: crebriq; caderent: nemo
 tamen respicere: nedum loco cedere audebat.
 Scodrenses contra nunc deuolutis uasis: quæ
 saxis oppleta in declivi loco collocauerant op
 pugnantes aceruatim deiiciebant: nunc uimi
 nias crates pice oblitas cum maleolis admoto
 igni iaculabantur: quorum flamma plurimi
 adurebantur: & nonnihil luminis dabatur in
 magnum oppidanorum auxilium: quos ho
 stis ideo per tenebras adhortus fuerat: ut terri




biliōt insurgeret : atq; dolos & infidias cōmō
dius occultaret . Dura & continens fuit per
noctem pugna : in qua nulla quies a labo-
ac certamine obfessis facta fuit . Mane au-
tem grauior oppugnatio instaurata est . Exi-
stimaueruntq; barbari tunc exploratam : iam
& partam uictoriā fore : in uulnera igitur :
& tela ruentes : quum ubiq; cadauera calca-
rent : iam manib; apprehensas munitiones
tenebant . In ea præsertim parte ubi murorū
ruina fere æquatae erāt alii lōgos asseres uncis
ferreis præfixos i uallum iniiciebāt : ut mucro-
ne confixum hominem adunco subinde ro-
stro comprehensum aut lacerarent : aut ad se
raperent . Sed nihil territi scodrenses qui præ-
senti animo pro uallo consistebant securib;
& gladiis hostem cominus obtrebant . Tum e-
minus omnium tormentorum genere uulne-
rantes : & q; maximo poterant nixu moenia de-
fendentes : q; in illo temporis uestigio sum-
ma pugnæ uerteretur . Tandem barbaros ex
omni parte munitionum tergū uertere coege-
runt . Quare quum circa tertiam diei horam
passim homines scalæq; ruerēt : languido iam :



& segni oppugnatōre: ipso successu: audacia:
& alacritas oppidanis creuit. Nam munitio-
nes transgressi refugientem in castra hostem
infesto impetu insecuri sunt, nec prius finem
insequendi fecerit: q̄ ad statua peruenierunt: u
bi acerrime fortissimeq; utrisq; pugnantibus di-
reptis tentoriis cædes uaria edita fuit: mox in
censis cratibus: quum aduersus barbaros uen-
tus flaret: latius diffuso incendio alii absumpti
fūt: alii afflatu uaporis abusti refugere. Redeū-
tes in urbem scodrenses militaria aliquot si-
gna: & primorum plurima capita: qui in oppu-
gnatione ceciderant referentes: moenibus cir-
cunposuerūt: tum insultantes strictis: & micā
tibus gladiis barbaros ad pugnam denuo pro-
uocabant. Dux exercitus femur saxo iectus fuit.
Cæsa sunt in hoc prælio quantum ex litteris
uicinorum principum: & ex trans fugis cognī-
tū est ad septem turcorū milia uulnerati com-
plures: ut uix quisq; nisi fauciūs in castra reuer-
sus fuerit. Nullūq; esset tabernaculū i quo nō
luctus aut languescentium gemitus sentiretur
Atrox nimis pugna: qua præfectus ipse pterri-
tus q̄ta obfessorz virtus: q̄taq; suoz iactura fuis



et ad Maumethū principem scripsit. Præterea
pestilēs est regio sextili præsertim & septembri
mense: ut uix indigenæ aeris inclemētiam fer-
re possint: nedum alienigenæ: graues militiæ
labores tolerantes: uitāq; inopē: & durā sub di-
uo degētes. Vnde post plurimorū cædes: febres
pestiferæ: a quarum halitu: atq; haustu obortæ
cum nostros tum barbaros enecabant. Quam
rē quū Otomanus cognouiss&: & si re infecta
nō pax de auctoritate sua tolli uideret: ut tñ
solueretur obsidio permisit. Quare v. idus au-
gusti sub lucis ortum taciti succēsis tātū castris
scodrēsi agro turci abiere: siue ut diximus cæli
itēperiē moibis cōflictati nō ferētes: siue q; alio
hoste præmetētur: siue q; ppius uero hētū de
spata expugnatiōe urbis q; existimarēt adhuc
supesse oppidanis: ūde diutius obsidionē susti-
neri: & laboribus sufficere posset: siue illā ueriti-
ne itali eq̄tes nauibus Dyrarchiū cōportati fre-
ti auxiliarib. finitimorū copiis: lāguescētē exer-
citū pua manu fūderēt: & obtrūcarēt. Quæcūq;
cā fuerit: bñ actū nobiscū ē. Nā si scodrā hostis
cepisset illi patus erat aditus in apuliam traii-
ciēdi: mox Romā petēdi. Nihil. n. aliđ nefādus



hic tyrānus: n̄ d̄ Romā capiēda cōgitat. Vnd q
 scodrā oppugnabāt sublato clamor̄ crebris uo
 cibus Romā romā clamitabāt. hoc q̄ppe īnuē
 tes nihil eis obſistere posse: si scodra potiti effet
 qn̄ romanū īpiū subacta italia obtinerēt: utri
 usq; romæ dñi: ueteris uidelic& quæ ī italia ē o
 lim rex potita: & nouæ quā cōſtātinus circiter
 mille & .cc. ab hīc ānos traductis ī thraciā rōa
 nis d̄ suo noie Cōſtātinopoli dixit. Quāta aut
 fuerit scodrēsiū fortitudo: & quæ ī aduersis to
 lerādis cōſtātia & patiētia scriber̄ uix audeo. Ea
 eīm p̄pessi sūt quæ nec Sagūtmos ī hispānia:
 nec Cassilmates ī italia oblidēte Anibale susti
 nuisse legimus. Erāt ī puo loci ābitu ad vi. mī
 lia: tū uiros tū foemag: & īſatiū iclusa: e qbus ad
 defēdēdā urbē minus du o milia apti erāt. r̄liq
 oīs ī bellis multitudo. Procedēte obſidione cū
 aqua pene defecti effet nā ex imbre collectas ī
 cisternis aquas bibūt: frumenta semiustulata
 manducabant. Mox uero quū nihil: aut admo
 dum exiguum aquæ supereress& (quinquaginta
 eīm dies pluia: de cālo nō decidit) inutili tur
 bæ denegatus ē potus unde passim in comple
 xu mariti uxor sub oculos patris infans filius:



spectante fratre soror: & parvulus frater: quū
arentia ora: adustaq; uiscera nullo liquore re
creare possent circiter tria milia indigne: & mi
serabiliter interiere . Ita enim se obfirmauerat:
atq; in aduersis obduruerant uiri: ut quicquid
alimenti esset: iis tātū reseruarēt qui bello usui
forent . Postremo quum dispensata aqua nō
sufficeret: (nam duo tantum cyathi cuiq; p diē
dabātur): & quicquid obsceni humoris in lacu
nis refediss& iā sitibunda turba exsicasset: nec
ulterius ferri obsidio posset . Desperata salute:
statuerant fortissimorum hominū exēplo repē
tina eruptione in hostes facta: aut uiam ferro
aperire: aut uiriliter: hoc est hominū manibus
occumbere . Quos animoꝝ motus duraq; con
silia Lauretanus qui ad oēs casus consiliū com
parabat: sua prudentia: & quadam inaudita hu
manitate compressit . Nec indignum putauit
homines ultimis malis affectos: humili orati
one: & uoce supplici lenire . Sed genibus ni
xus manātibus lachrymis lāguescēti populo:
& inopia aquæ demoriēti sāguinē euenis apto
pectore: si uellēt exhibuit: hortatus ut biduū:
aut quatriduū adsumū belli iniuriā: & grauia



obsidionis mala tolerarent: quando futurum
breui esset: ut subsidio habito: pulsisq; ho-
stibus apud omnes gentes: & posteros no-
men perpetuum reportarent. Quod si huma-
nam opem desperarent: in summo & omni
potenti deo: & domini cruce spem haberent:
qui eos a perfido: & inhumanæ crudelitatis
tyranno liberaret: quod & effectum est. Nam
calamitosam gentis conditionem deus omni
potens miseratus: in speratum auxilium fa-
tigatis attulit. Et ut scribitur Christus opti-
mus maximus ex paganor; manibus popu-
lum suum eripuit: nam in omnibus præliis
uix quinquaginta ferro ex obfessis cecidere:
minusq; cætum uulneratis: & quod miraculo
par est: cum bis torm éto grādia saxa in cōfertis
simā defēsor; multitudinē barbari excussisset:
duo tātū pempti fuere: adeo p suis deus stetit:
quos tutos inter tot hōstes: & uaria tela serua-
uit. Mortui sūt ī hoc bello cōtracta ualitudine
ex pestifero fluuii alitu: loci q; uitio pter igno-
bilē turbā ex nřis Trierarchæ tres. Lodouicus
Bembus legatus: & Triadanus Grittus: penes
quem summa maris potestas erat. In quorum



locū Antonius Lauretanus legatus primum :
mox p̄fectus magna urbis lētitia : omniūq;
suffragiis suffectus ē:uelut diuinante ciuiū aīo
huius hoīs ductu: & auspicio nō solū impiā: &
p̄p̄otē turcoꝝ gētē reprimi: sed plane debel-
lari posse. Et ut quōdā Scipionū familia Car-
thaginē Romæ emulam subegit: ac sustulit: sic
Lauretani duces Otomanorum uires debella-
turi: & de fāuissimo hoste triūphaturi sīt. Parat
Costātinopoli classē numerosā: ut ii nūciāt: q e
pōto nouissime ueneāt. Vībēq; ipsā qto maxio
molimine pōt: cōparata uaria matēria īstaurat:
& munit. accersitis ex oībus locis fabris ad hu-
iūsmodi mūnitiones faciendas peritis. Ma-
gna minatur impotens: & superbus tyran-
nus: cui hoc anno aduersa multa accidere.
Nam ī scodrenſi expeditione cū summo dede-
cōe plus xx. hoīum milia amisi. Minor eius
filius q ī fines ciliciæ robur militum aduersus
p̄fas ducebat post cāsū exercitū morbo corre-
ptus īteriit. Maumethū bassian q oīum cōsiliorꝝ
pticeps: & expeditiōnū cōmes fyerat cuiusq; cō-
filio: & opa euboiam cepit: & in persas rem belli
egregie: & feliciter gessit stranguli fecit: siue



11
259

prodictione ueritus: siue filii morte ultus: quē
ueneno petitiū a Maumetho: cuius uxorē adō
lescens deperibat: & inuitu uiro potiebatur. Fa
ma costās erat. Nec huius morte cōtētus fratriē
eius palo p mediū corpus adacto crudelissimo
cruciatiū necauit. Tum uxorē & liberos adhuc
īpuberēs acerba morte tolli uoluit. Nostri eq̄teſ
q̄ i pelopōneso bellū gerūt p īſidias turcorum
praeſectū cū duobus milibus eq̄tū obtrūcarūt.
Rāpani arcē alioqñ īexpugnabilē īterceptis cæ
ſisq̄ dolo custodibus receperūt. Sed uotis ac p
cibus exorādus est deus: cuius benignitate iam
lætiora & meliora eueniūt: ut hāc cōmunē ſui
populi perniciem atq; ſtragem in alios auertat.
Quod ſi ſcelera noſtra: flagitiosaq; uita corrige
gi poſtulat: quū multa ſint peccator̄ flagella:
nec deo rationes ulciscēdoꝝ criminū defint a
lio nos uerbere cēdat: alioq; tortore puniat. Va
lete. Venetiis iiiii. idus ſeptēbris. Mcccc lxxiiii.

“G”


“FINIS”


“P.”






... d'auquel il est fait mention dans
le ms. 1000 de la bibliothèque de
l'abbaye de Saint-Germain-des-Prés.
Le ms. 1000 de la bibliothèque de
l'abbaye de Saint-Germain-des-Prés.
Le ms. 1000 de la bibliothèque de
l'abbaye de Saint-Germain-des-Prés.
Le ms. 1000 de la bibliothèque de
l'abbaye de Saint-Germain-des-Prés.
Le ms. 1000 de la bibliothèque de
l'abbaye de Saint-Germain-des-Prés.
Le ms. 1000 de la bibliothèque de
l'abbaye de Saint-Germain-des-Prés.
Le ms. 1000 de la bibliothèque de
l'abbaye de Saint-Germain-des-Prés.
Le ms. 1000 de la bibliothèque de
l'abbaye de Saint-Germain-des-Prés.
Le ms. 1000 de la bibliothèque de
l'abbaye de Saint-Germain-des-Prés.











RÉS

